

D. FRANCISCI  
SALGADO  
DE SOMOZA,  
IN REGALI CANCELLARIA  
VALLISOLETANA SENATORIS,  
TRACTATUS  
DE SUPPLICATIONE  
AD SANCTISSIMUM A LITERIS  
ET BULLIS APOSTOLICIS, IN PERNICIEM  
Reipublicæ, Regni, aut Regis, aut juris tertii præjudicium impetratis:  
ET DE EARUM RETENTIONE INTERIM IN SENATU.

*Opus utrique Reipublicæ, Ecclesiasticæ, & temporali utilissimum;*

*Copiosa literarum perpoliticarum exornatione (tum ad Regimen, tum ad  
Status rationem conducibilium) illustratum.*

EDITIO PRIMA LUGDUNENSIS.



LUGDUNI  
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXIV.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.



L I C E N T I A T I

D. BARTHOLOMÆI BUIAN

DE SOMOZA, S.S.R. C. ARAGONUM QUONDAM  
Relatoris, ac etiam Sanctæ Cruciatæ, nunc verò in Supremo  
Sanctæ & Generalis Inquisitionis Consilio idem exercentis  
munus, in laudem.

NOBILIS ET PERITISSIMI LICENTIATI

DON FRANCISCO SALGADO

DE SOMOZA JURIS UTRIUSQUE ACERRIMI  
& præclarissimi Propugnatoris, dignissimique totius Siciliae Regni  
Monarchiæ Judicis.



*B*STUPUERE quidem Phæbi, Salgado, sorores,  
Mirantes genii prodigiosa tui.

*Ast ego ( sed quis enim Musis mirantibus auxit  
Hæc nisi non aptus? ) linquite, jacto, canam.*

*Vix ea protuleram, triplex cum causa repugnat.*

*Quo minus officium persequar ipse meum.*

*Nempe solum patriæ nobis commune duobus,*

*Quin & amicitia fœdus utrumque ligat.*

*Addæ quod eloquii vires, auctorque, liberque*

*Exuperat longè magnus uterque mei.*

*Hinc timor occurrit, patriam seu pectus amicum*

*Exprobret in primis ne invida turba mihi.*

*Terrifica verum pulsabo cuspidis ictum.*

*In me nec robur livor habebit edax.*

*Namque tuis scriptis munimine sacra petenti*

*Profectum poterunt ledere tela nihil.*

*Sanam constituunt siquidem quæ pharmana Bullam;*

*Hæc, Salgado, tuus continet usque liber.*

*Vidimus antiphrasim Bullæ sub nomine quondam,*

*Dum vaser impostor prorsus iniqua petit.*

*Sedula sed fraudem removeret tua cura dolosam,*

*Nec sinis injustis nomen adesse boni.*

*Justitiæ, pariterque tui studiosa voluntas*

*Impulit ad numeros ( quæ tibi fida ) manum.*

*Hinc mihi polliceor veniam, tibi Nestoris ævum*

*Opto, ut perpetua Fuis tuearis ope.*



CLARISSIMO UTRIVSQUE JURIS PROFESSORI  
DON FRANCISCO  
SALGADO DE SOMOZA,  
JUDICI REGIÆ MONARCHIÆ  
IN ULTERIORI SICILIÆ REGNO,  
ET VIRO UNDEQUAQUE DOCTISSIMO,  
C. S. M. R. N. C. A. S. & I N S. I. S. S.  
*Grammatophylacis Præfectus.*

S. F. O.

**I** CET omnes mihi singulari quadam, ac præcipua laude digni videantur (gloriosi nominis Vir inter eruditissimos, quos cæli oculus unquam aspexit) qui in assequenda honestarum artium scientia, operam, & industriam suam locarunt; tum ij præcipuè qui veluti majore quodam numinis afflatu percussi, propè omnibus pollhabitis, ad *divinarum humanarumque rerum notitiam, justæ atque injustæ scientiam*, omnes cogitationes suas, atque omnia studia contulerunt. Igitur cum magnis semper extolli præconiis mereantur, qui maximum hoc atque Augustissimum Imperium terra marique à continuis hostium exercitiis classibusque, viribus, armis, ac pecuniis tuentur; Qui vigiliis, laboribus, & scriptis suis præclaris causam Reipublicæ, & jus Regis sui protegent, nihil minus commendari debent, quàm pro patria pugnantes. Quò respiciens eloquentiæ Princeps *in oratione pro Murena*, urbanam militiam appellat hanc curam respondendi, scribendi atque cavendi. *Non enim solùm illos pro imperio militare testantur Leo, & Anthemius Imperatores, qui gladiis, clypeis, & thoracibus armati in hostes nituntur, sed eos etiam qui dirimunt ambigua facta causarum, sui que patrociniis viribus sæpè publicis in rebus ac privatis oppressa sublevant, lapsa erigunt, labantia reparant, omniâque demum jure faciunt finibus suis esse contenta, neque minus humano generi provident, quàm si præliis, atque vulneribus patriam parentesque servarent*: Gratulor ergo lucubrationibus tuis (sacri ac profani Juris Lumen) siquidem ingenii tui secundi partus ac maturi suuctus in lucem prodeunt absque indigentia Tutani Tutilinæque numinum (quæ olim invocare laborantes solebant) non enim ope, auxilio vel asylo illorum eges, cum labores tuos sacraveris obsequio & Majestati Philippi Catholici Regis nostri multis titulis & rationibus Magni, innumeris heroicisque virtutibus Maximi, cujus Regia jura ab incunte



TRACTATUS  
DE  
SUPPLICATIONE  
AD SANCTISSIMUM  
A Litteris Apost. &c. Et de earum interim  
Retentione in Senatu.

P A R S P R I M A.

*Continet Justitiam recursus supplicationis ad Sanctiss. & retentionis in Senatu,  
nec non causas legitimas retentionis inductivas, atque formam exa-  
minandi illas, singularesque questiones, processum, &  
praxim tangentes.*

C A P U T P R I M U M.

Protectio vassallorum, nec non Ecclesia ejus-  
que status, cultus divini, dogmatum, &  
Conciliorum tuitio: an & quo sit jure Re-  
galia Principis temporalis a Coronâ indi-  
visibilis.

Et an super Regalia ipsa, vel alia ab Eccle-  
sia obtenta Rex inter Ecclesiasticos cog-  
noscat.

S U M M A R I U M.

1. Supplicatio ad Papam, qua imbitur reverentia,  
& humilitas, est Regalia Sedis Apostolicæ.
2. Supplicatio ad Papam est actus humilitatis, & re-  
verentia.
- Et signum supremæ Majestatis, & Potestatis Pa-  
pæ, ibid.
- Supplicatio suppone altitudinem supremæ majestatis,  
& plenissimæ potestatis, ibid.
- Qui aliter supplicat, fatentur se humiles, & ado-  
rari minores, ibid.
- Omnes supplicationis & adorationis modi, quibus  
veteres utebantur, & servant, ut humiles se fa-

teantur, ibid.

Supcedens in litterarum executione ad effectum  
rescribendi, dicitur servare Principi, ib.

3. Respublica infelix judicatur violentiâ oppressa pro-  
telle carens.

4. & 14. Omnia, & misera, & felicia indigent pro-  
telle.

5. Plures Sacre Scripturae auctoritates congruunt con-  
cludente infelicitatem, ut oppressi carentis pro-  
telle.

6. Vini patientem acclamantem matris Judex non  
exaudis.

7. Deus misereatur eius, qui liberat miseris ab oppres-  
sionibus potentium.

8. Deus est protector generis humani, ut ex variis  
Sacre Scripturae auctoritatibus laicè comprobatur.

9. Propheta Rex passim Deum protectorem invocat.

10. Deus liberat vi oppressas de manu potentium.

11. Deus ab origine creationis de hominis tutela cur-  
ravit.

12. Deus ut verus protector preste adeest acclamantibus  
vi oppressorum, tacitis & expressis.

13. Auctor Scripturae loca ad idem recensentur, ib.

14. Principes Dei exemplo viduas habere debent sub  
sua protectione.

15. Divi Jacobi Hispaniarum antici Patris auctori-  
tas recensetur.

16. Deus in humani generis protectione vivit Angelorum



TRACTATUS  
DE  
SUPPLICATIONE  
AD SANCTISSIMUM  
A Litteris Apost. &c. Et de earum interim  
Retentione in Senatu.

P A R S S E C U N D A.

*Continet Recursum ad Regem ob contraventionem Sacrosancti Concilii Tridentini, praesertim circa praeservationem primae instantiae Ordinariorum.*

CAPUT I.

Quo jure Rex Catholicus, quibusve rationibus litteras Apostolicas in contraventionem oecumenici Concilii Tridentini importunè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de utriusque differentia, de qua latius, cap. 26.

SUMMARIUM.

- 1 Principum Christianorum Regale munus est, evigilet esse in tuitione Reipublicae, praecipue spiritualis, dogmatum, & Conciliorum.
- 2 Principes suorum Regnorum sunt adhibendi ad praeservationem, ne violentiam, aut scandalum patiantur in perniciem Reipublicae spiritualis, & temporalis.
- 3 Ad Conciliorum, & Ecclesiae tuitionem, sepe invitasse Pontificem Principes Christianos ad sedandos violentos incursum, multis Canonibus acceitis legitur.
- 4 Bonifacii Papae epistola refertur missa Imperatori Honorio, ut auxilium Ecclesiae, & Religioni oppressae praestaret.
- 5 Epistola refertur Imperatori Honorio missa Papa, qua profertur interventum sui potestatem, & seditiones Ecclesiae obvencientes sedari.
- 6 Divi Augustini Auctoritas refertur, qua licet petatur per Reges auxilium a Principe Christiano contra hostes Ecclesiae ad ejus tuitionem magis, quam evincendam.
- 7 Res religiosa aliter iura esse nequeunt, nisi & Regia & Sacrosanctae defendat auctoritas.
- 8 Epistola D. Augustini, qua docet, ut violentiae sit ultio, a potestatibus per Praelatos postulanda.
- 9 Concilium Aganense refertur, quo dicitur ab omnibus Principibus esse auxilium postulandum pro pauperum molestiis, quibus Ecclesia fatigatur.
- 10 Si Principum praeminentia in Ecclesia non iustitiae acquirita non servetur, scandalum Ecclesiae patitur scandum.
- 11 Principum Christianorum praecipuum Regale officium est Ecclesiam, ejusque libertatem, & immunitatem defendere.
- 12 Principes saeculi nonnunquam in Ecclesia vulnula tenent, ut disciplinam Ecclesiasticam muniant, & seditiones regere Principum contrariantur.
- 13 Principes auxilium Ecclesiae tenentur ex debito Regalis officii, etiam non postulatum, cum visum fuerit, & religionis interesse.
- 14 Imperatores profertur maximam adhibere sollicitudinem circa Dei dogmata & Sacerdotum honestatem.
- 15 Principis boni est omnia tueri, quae spectant ad fundamentum Ecclesiasticum.
- 16 Principes si praeservationem Ecclesiae praebere negligunt, a communione ejusdem percellantur.
- 17 Nihil praestantius conservandis Regnorum, quam vigilantia in cultus Divini, & sanctae Ecclesiasticae tuitione, qua nititur stabilimentum omnium rerum publicarum.
- 18 Quia Imperator Theodosius in agone morte filium suum hoc praecipuum reliquit.
- 19 Imperatores Christiani agnoverunt Imperii sollicitudinem.